

In Syllogi-
fatio ad
Syllogifatu.

§. 6. Ad eundem modum si dicatur: *O. homo est lapis. Adamas est homo. & Adamas est lapis*: vera quidem est Syllogifatio, h. e. recta est Relatio Conclusionis ex illis positis; falsum tamen est Syllogifatum, h. e. falsum est Ens illud complexum sistens habitudinem lapidis cum adamante positivam quasi dependentem ex ratione hominis, quæ utrique insit, quod tamen non est, atque ita hoc syllogifatum *non Ens*, aut Ens rationis est dicendum. De quò quidem non Ente, (quod hic obiter) sicut & de superiori, nempe de complexo, nõ de quomodocunq̃ sic dicto & simplici, intelligendus est Aristoteles, quando non - Ens seu Ens rationis, h. e. falsum & impossibile, sub scientiam cadere non posse affirmat, & exemplo diagonalis lineæ quadrati, quæ costæ per naturam non est commensurabilis, confirmat 1. Post. c. 2.

Distingue-
du igitur
Syllogifatio
a Syllogifa-
to.

§. 7. Undè melioris doctrinæ gratiâ quemadmodum priori modo sumtam veritatem simplicem *rectitudinem* potius appellamus; ita *Enunciationem & Syllogifationem*, h. e. mentis operationes & suppositiones *rectitudini* respondentes, vocabulis etiam ab *Enunciato & Syllogifato*, h. e. ab ipso Ente complexo à parte rei spectatò, notanter distinguimus, quod hoc ab illis, ut res ab actione circa rem, quàm maximè differat.

Et Syllogi-
fatu à scopis
dissolutis

§. 8. Quomodo autem, si vera quidem sint & præmissarum & conclusionis effata, neque tamen à parte rei cohæreant inter se, v. g. si dico: *Nullus homo est lapis: Nullus leo est homo: E. Nullus leo est lapis*: materialiter verus dici possit syllogismus, non video, nisi hoc sensu: materiam, h. e. effata quæ in speciem Syllogismi merè extraneam respectu nostri sunt disposita, vera esse, perinde ac si dicerem:

Omnis homo est animal:

Omnis leo est substantia:

Ergo Omnis leo est animal.

Aut quod eodem modo sequitur:

Omnis baculus ordinariè stat in angulo:

Aedituus paganus incedit cum baculo,

Ergo Cælum jam pluit.

§. 9.